

Dominica septima post Trinitatis

mies sunt ut in pluribus boni ut in paucioribus. Cui consonat Quidius in. iij. de ar. aman. Pluraque sunt sp. deteriora bonis. et huiusmodi sunt nec filii dei imitatione sed soli boni. Ideo non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus ad manducandum Matth. xv. Doctrina ergo dicitur panis. quia per illam vita spiritualis sustentatur. ideo de quolibet bono dicitur Ecclesi. xv. Cibus ut illud panem vite et intellectus. Y Sextus panis est amicorum et hic est panis sacramenti ad quem nullus accedere debet nisi sit amicus dei. quia solum amicus ad hunc panem invitatur ad comedendum Cant. v. Comedite amici mei et inebriamini charissimum. Sed nota. quod iste panis sancte eucharistie congrue ponitur post panem filiorum sancte doctrine. quia doctrina sancta optime disponit ad panem sancte eucharistie. sic figuratum est Ruth. ij. ubi legitur quod ruth paupercula consilio noemi socors sue iit ad agrum colligere spicas post tergum merentium. quam videns boos confortas ea dixit. Ne vadas ad colligendum ad alium agrum nec recedas ab hoc loco. sed iuge te puellis meis. et ubi messuerunt sequere. Spiritually boos interpretatur fortitudo. et significat christum qui est fortitudo certantium per ruth que interpretatur defectio subaudiendam peccatricem que quotidie patitur defectum gratie. So crus vero que est conscie. infestatio infestat ipsam ut vadat ad agrum christi. i. sacre scripture et colligit spicas id est documenta. Tandem boos. i. christus dominus agri preferens anime inspirationes ut illa audiens suscipiat. et suscepta ope compleat et cum venerit hora etiam sumendum scilicet corpus christi possit sumere cum alijs que serviunt deo sicut boos precepit ut comederet et biberet cum servis suis. i. messoribus. Z Septimus panis et vltimus est bibeus. et est panis suavitatis eterne. de quo dicitur Iud. xliij. Bibeus qui manducat panem in regno celorum. Hunc panem christus nobis disposuit per suam incarnationem. predicaciones. et miraculorum operationem. passionem. resurrectionem. et ascensionem. sicut dicit Iud. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Ad quod regnum nos perducatur.

De eadem dominica

Sermo. liij.

Subtraherunt quod super

Subtraherunt quod supertraherunt de fragmentis septem sporas. Marci ubi supra. A Secundum naturales. et Grego. Septem sunt stelle in firmamento simul coniuncte que ab astronomis plyades. et a vulgaribus septestellium siue vergilite vocantur. que tempore hyemali orientur. et quanto aurore est serenior tanto melius ab alijs discernuntur. Una vero inter septem latere videtur inter illas. Moraliter. per firmamentum ecclesia sancta figuratur propter duo. Primum sicut firmamentum inter duos polos rotatur quorum unus est septentrionalis qui nobis nunquam occidit. et dicitur polus arcticus. Alter autem australis qui antarticus dicitur et nunquam a nobis videtur. Sic sancta ecclesia versatur inter duo testamenta scilicet vetus et novum. quorum unus scilicet vetus bona scilicet visibilia et presentia promittebat Zenith. xxvj. et Deuter. xj. Si mandata mea custodieritis dabo vobis pluvias tempore suis. terra gignet seminem suum pomis arbores implebuntur. Panem comedetis in saturitate. Auferam inimicos de finibus vestris Et Esai.

j. Si audieritis me bona terre comedetis. Aliud vero testamentum scilicet novum invisibilia et futura promittit Unde Marc. iij. Primum agite appropinquabitis enim regnum celorum. Et Mat. xix. Si vis ad vitam scilicet eternam ingredi serva mandata. Secundo sicut firmamentum in. xij. signa distinguit. que sunt aries. thaurus etc. Sic fides ecclesie in. xij. articulos. In isto quidem firmamento sancte ecclesie sunt. vij. sacramenta que sunt baptismus. confirmatio. eucharistia. penitentia. matrimonium ordo. et unctio sacra. que patent in his metris. Ablutionis tibi horus est dant quibus necesse. Ordo non iterat nec confirmatio nec fons. Sed hec. vij. sacramenta significant per. vij. stellas que plyades vocantur. quia sicut predictae stelle tempore hyemali orientur. sic omnia sacramenta tempore passionis christi. quod tunc tempus per hyemem significatur sunt. quia efficaciam habent a passione christi. Et sicut una stella inter illas latere videtur. sic sacramentum eucharistie latet et occultatur sub accidentibus. quia sacramentum eucharistie non possumus videre in corpore significato. ut dicit magister in. iij. li. sen. dist. ij. Exemplum de moyse in cuius facie filii israel non poterant prospere claritatem vultus eius videre. Exod. xxxij. Et. ij. Cor. iij. Ideo nobis velatum sub accidentibus ministratur. Et ideo propter istam causam nec boni nec mali possunt intrudere in faciem. i. in corpus christi. Singulariter tamen hoc a malis remouetur. propter indignitatem. cuius figura habetur in heresimatisibus que postquam releuauerunt archam et viderunt nudam mortuam sunt de numero aliorum. lxx. de plebe vero quinquaginta milia. ut patet. j. Reg. vj. Et hec quidem sacramenta que significant ut iam dictum est per septem stellas in primo euangelio figurant per septem sporas. Quia sicut spore erant plene fragmentorum. ita sacra ecclesie sunt plena gratia. Et sicut spore exteriori apparerent. fragmenta autem interiori latent. Sic sacra in rebus visibilibus dantur. et interiori habent invisibilem gratiam. Quia dicit Augustinus in li. de doctrina christiana. ca. xj. Sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. Ideo dicitur. Subtraherunt quod supertraherunt de fragmentis. In quibus vobis duo transguntur. Primum fragmentorum superfluitas a christo multiplicata. Secundo sacramentorum. vij. pluralitas in sporis figurata. B. Et circa quod notandum. prima spora significat primum sacramentum scilicet baptismum quod per magister li. iij. dist. ij. Inter noue gratie sacramenta primum est. de quo quatuor sunt videnda. quod sit baptismus. que sit forma. quomodo institutus. et que causa institutionis. Primum ergo baptismus ut dicit magister ubi supra dist. iij. dicitur tinctio. i. ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta scilicet a christo Si enim fiet ablutio sine verbo scilicet vocali non est ibi sacramentum. sed accedente verbo ad elementum fit sacramentum. Alia autem sicut sal et exorcismus sunt ad solennitatem et decorum sacramenti. Et dicitur glo. que illa omittens sine necessitate peccat mortaliter. quia augent deuotionem vel in ipso suscipiente vel porrigente vel circumstantibus. Secundo de forma. Nota que est hec. Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ideo dicit Alexander. iij. de baptismo et eius effectu. Si quis puerum ter in aqua merserit in nomine patris et filii et spiritus sancti. et non dixerit. Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. non est puer baptizatus. Dicitur tamen communiter docto. quod ego et amicus non